BREVIARIUM BRIXINENSE

Neustift (?), um 1500 Seite 33r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

reantur: qui volunt mihi mala. Ferant
confestim confusionem suam qui dicunt mihi
euge euge. Exultent et letentur in te omnes
querentes te: et dicant semper magnifi
cetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego
autem mendicus sum et pauper: dominus solli
citus est mei. Adiutor meus et protector meus
tu es: deus meus ne tardaueris. Gloria.
Ant. Vt non delinquam in lingua mea. Psalmus.
Beatus qui intelligit super egenum et
pauperem: in die mala liberabit eum
dominus. Dominus conseruet eum et viuificet eum
et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum
in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi
super lectum doloris eius: vniuersum stratum
eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi
domine miserere mei: sana animam meam quia
peccaui tibi. Inimici mei dixerunt ma
la mihi: quando morietur et peribit nomen eius
Et si ingrediebatur vt videret vana loq
batur: cor eius congregauit iniquitatem si.
Egrediebatur foras: et loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici
mei: aduersum me cogitabant mala mihi.